

rem hunc qualemcunque meum circa hanc speculationem, ut nulli certe potius debitus sit conatus hic meus quam ei principi sub cuius imperio et natus et enutritus et amplificatus sum. In hunc sane portum receperunt sese post captam direptamque ab hoste patriam parentes mei, qui patria, parentibus, consanguineis, amicis, bonis omnibus, uno eodemque temporis momento, orbati, hic sibi patrii cœli clementiam, hic parentum vices, hic amicorum iura, hic bonorum instaurationem nonnisi alacri constantique animo polliciti sunt : ergo cui potius consecrandos labores meos putarim quam ei principi cuius benignitate exiguæ Cyprii sanguinis reliquiæ bonis his in præsentî fruimur ? Cuius ergo non modo studia sua omnia, verum ipsammet etiam vitam promptissimo animo uterque avus meus profundendam sibi putavit ? Tuum vero, serenissime Corneli, qui tantæ Reipublicæ clavum dirigis, libentissime etiam in fronte libri nomen apparere satis intelliget quicumque noverit iam pridem addictum me tibi, quippe quem semper in multis patronum et beneficum et benevolum expertus sim. Ex cuius stemmate ortam Catherinam Corneliam reginam suam prono libentique animo et venerati olim sunt concives mei et eo libentius in eius obsequium convolarunt, quo præsensere futurum ut et Veneti aliquando principatus patrocínio fruerentur.

Bibliothèque nationale de Paris : *E 13 (Inventaire, *E 224).

160

THEMISTOCLIS EPISTOLAE Ex Vetusto Codice Bibliothecæ Vaticanæ nunc primum erutæ, & Latinitate donatæ. Interprete IO. MATTHAEO CARYOPHILO, Archiepiscopo Iconiensi. ROMÆ, Apud Ludouicum Grignanum. MDCXXVI. SVPERIORVM PERMISSV.

In-4° de 70 pages et 1 f. non chiffré (pour l'errata). Armes d'Urbain VIII sur le titre. Peu commun.

